

Del Colegio m^o de Ciencias

IVLII · ROSCII
HORTINI
ELOGIA
MILITARIA

AD · SERENISSIMUM · VRBINI · DVCEM
FRANCISCVM · MARIAM · FELTRIVM
DE · RVERE



ROMAE, Apud Io. Angelum Ruffinellum,
Typis Bartholomaei Bonfadini CIO IO XCVI

SVPERIORVM · PERMISSV

CANDIDO . LECTORI

Philippus Decius Hortinus I . C . Sal.

MILITARIVM elogiorum hunc librum, Cādide Lector, a Iulio Roscio Hortino, affine meo, informatum potius quam perfectum, aequi boniq. consule. Nam, Auctore, dum ad Heluetios religionis studio proficiscitur, in medio cursu exstincto, extrema ei manus addi non potuit. Ceterum, cum uehementer me quamplurimi docti, nobilesque uiri rogarent, ut in lucem prodire paterer, eorum postulatis diutius reluctari non licuit. Quibus eo lubentius parui, quod non uana spe duci uidebar fore, ut, cuius omnia alia scripta eruditis probantur, haec quoque eiusdem, etsi rudia, & inchoata, non displicerent. Fortissimos autem duces, quorum hic nomina celebrantur, alphabeti ordine collocari curavi, ne, sicut olim uirtutis fuit, ita nūc loci inter eos contentio aliqua oriretur. Quod & his, ad quos ipsorum gloriae hereditas pertinet, non ingratum, & legentibus etiam ad singulos reperiendos percommo- dum futurum putavi. Vale.

ALEXANDER VITELLIUS



ALEXANDER Vitellius, Paulli, Reip. Florentinae Imp. filius, Coloniam Othoniam, una cum Pyrrho Stipiciano, Clementis Pont. Max. partes secutus, cum diu acriterq. obsedisset, tandem expugnat, circa an. **CLIO** **IO** **XXX**. Fuerat Pyrrhus e Baleona Familia Columnae per clientelam insertus. Is, ex uario militiae usu, ea erat in opinione, ut breui supremū eius disciplinae gradum esset consecuturus; auctus praefertim ad Carinianum honore obsidionalis coronae. Ut uero ad Vitellium reuertamur, cuius plura gesta extiterunt, quam huius nostrae orationis angustiis concludi possint, cum iterum uetus illa Etruriae colonia, quam expugnatam paullo ante diximus, tumultuaretur, ad eam una cum Vastio reuersus est, licet conatus euincere non potuerit. Hinc in Pistoriensem cum Marmaldo Hispano, cohortis praefecto, ac Pisanum agrum irrumpit, ut ibidem uires attereret Ferrucij, qui subsidia belli fovebat pro Rep. Florentina. Eo tempore ad Imp. inclinauit uictoria, licet desideratus esset Princeps Oranges, Borbonem secutus, qui paullo ante ad Sacrosanctae Rom. Urbis moenia meritis audaciae luerat poenas. At Vitellius nusquam a pertis Castris dimortus est, donec Alexandrum Medicem triumphantem Florentiam inuexit. Interea Solymanus classem ingentem in Pannoniam instruit. **VI**. Id. Maij sollemne sacrificium apud eas gentes indicitur. Id in augustiori eius superstitionis sacratio per tripudia, nec sine lasciuia, peragunt barbari: adhibent per longum vexillum, horrendis, more suo, carminibus profecuti, in quo impostoris illius Mahumetis efigies depicta, uariisq. magni pretij gemmis exornata ad Solis fulgorem radiabat. Sacrificio peracto, qui inter alios maioris dignitatis habetur, ueluti rem sacram, in regiam illatum conspicuo loco statuit. Iam profecionis dies aderat. Voluntur Regij corporis praesidia rij. Solymanus profecionem adornat: spectatur augustale tabernaculum: ceteraq. castruua impedimenta deuehuntur. Pone subuequebantur centum comatub pueri, Ionica mollitie insignes, quoru odoribus illa coma, muliebri more a fronte discriminata, aureis uinculis intorta, in

REGISTRVM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V Y X Z,

Aa Bb Cc,

Omnia sunt integra foglia, praeter Cc, quod est
folium cum dimidio.

ROMAE

Ex Typographia Bartholomaei Bonfadini

MDCXCVI

